



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553


F.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

que aliis Personis, intra, vel extra septa in mortis articulo constitutis. Habetur per Bullam PII V. dat. Idibus Februarii 1567. Incipit: *Ad immarcescibilem*, est 31. in Bull. comm. in n. 17.

Vide verbo *Familiars*; & verbo *Sacramenta*.



## FAMILIARES.

§. I.

*Quibus Nostri ministrare possint Sacramenta.*



Possumus administrare omnia Sacramenta iis omnibus, qui in Nostri morantur obsequiis, eosque in Nostri Cœmeteriis sepelire. Paulus III. pag. 11. Et per concessionem Martini V. pro Benedictinis. Habetur per Bullam, non authenticatam, ut in Comp. Min. V. *Familiars* n. 10.

*Præter Confessionis & Eucharistia Sacramenta, familiaribus Extrema unctio poterit administrari, atque ad eò iis solis, qui in Domibus, Collegiis, Residentiis, & aliis locis Societatis habitaverint. Id etiam de sepultura intelligatur. Extra septa vero cum*

*rò cum illis perinde, atque cum aliis agatur,  
proui habetur verbo Sacramenta.*

## §. 2.

*Nostri famulis, etiam Paschatis tempo-  
re, omnia Sacramenta ministranda.*

Possunt Nostri famulis nostrarum Do-  
morum ac Collegiorum in habitu secu-  
lari deservientibus, quoties opus fuerit,  
etiam Paschatis tempore, & in mortis ar-  
ticulo, in Nostri Domibus, Collegiis, &  
Ecclesiis, Eucharistiæ & Extremæ Uncti-  
onis Sacramenta ministrare: & sepulture  
beneficium, cujusvis licentiâ super hoc mi-  
nimè requisitâ, impendere. Habetur per  
Bullam Cælestini V. datam 5. Kal. Oct.  
A. 1. Incipit: *Et si cunctos Ordines.* &  
Greg. XI. pro Dominicanis per Bullam,  
dat. 2. nonas Martii A. 4. Incipit: *Virtute*  
*conspicuos.* est 7. in Bull. comm. in n. 10.  
& Leonis X. per Bullam, datam Nonis  
Julii 1510. Incipit: *His, que pro fidelium:*  
est 41. in Bull. Regul.

*Hac facultas conceditur Superioribus, &  
quibus ipsi eam communicaverint.*

## §. 3.

*Nostri famuli possunt absolvi à Nostri  
à quibuscumque, homicidio voluntario  
excepto.*

Famuli & seruitores Nostri possunt e-  
ligere Confessorem de Societate, qui au-  
dità

ditâ eorum Confessione, pœnitentiam salutarem eis injungendo, absolvat eosdem ab omnibus criminibus, excessibus, & censuris Ecclesiasticis; & dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus, si quas fortè contraxerint (homicidio voluntario, & mutilatione membri semper exceptis) & eis remissionem generalem, & plenariam omnium peccatorum imperiri valeat: & hoc idem possit in articulo mortis. Sixtus Minor. Vivæ vocis oraculo, ut in Monum. eorum fol. 68. concess. 131.

*Per hoc tamen non conceditur Nostris, in casibus Bullæ Cœnæ se immiscere. Et quod attinet ad facultatem dispensandi in irregularitatibus, electus ex Nostris eâ non utatur, nisi fuerit Superior, aut de Superioris licentia, idque in foro conscientie tantum.*

## S. 4.

*Qui sunt in servitio Societatis, consequuntur plenariam indulgentiam.*

Omnes qui sunt in servitio Societatis, consequuntur indulgentiam plenariam in morte, & semel in vita de reservatis. Concessit Sixtus IV. Minor. V. V. O. non authenticato; ut in Bull. Regul. inter Orac. Sixti IV. n. 2.

## S. 5.

Dicitur





fficium, & Missam de B. A-  
loyfio Gonzaga, ab omnibus  
Personis Societatis, juxta Ru-  
bricas Breviarii, & Missam  
die suo dicendam ab omnibus Sacerdoti-  
bus externis in Ecclesiis Nostris, indulfit  
Gregor. XV. Brevi suo 2. Octob. Anno  
1621. Habetur in Bull. comm. & est 10.  
hujus Pontificis.

## §. 2.

*Similiter de B. B. tribus Martyribus  
Japonensibus.*

Idem in honorem BB. MM. Pauli, Io-  
annis, & Iacobi indultum ab Urbano VIII.  
Brevi suo, dat. 15. Sept. 1627. pro Per-  
sonis tantum Societatis. Quæ facultas  
à S. Congr. Rituum, annuente Pontifi-  
ce, extensa est ad omnes Sacerdotes, ce-  
lebrantes in Nostris Ecclesiis, Decreto da-  
to 26. Sept. 1629. ut in Bull. M. S. Soc:  
pag. 379. 380.

## §. 3.

*Et de B. Stanislao.*

Idem pro B. Stanislao Kostka in om-  
nibus Ecclesiis Societatis Regni Poloniæ,  
& Magni Ducatus Lithvaniæ concessit Cle-  
mens X. Brevi, dat. 16. Aug. 1670. &  
alio 30. Sept. 1671. quæ habentur in  
F Bull.

Bull. comm. inter Bullas hujus Pontificis,  
12. & 45.



## FEUDALIA BONA.

Utrum bona feudalia possint donari So-  
cietati, vide supra verbo *Bona*. §. 6.



## FUNDATO- RES.

Vide verbo *Indulgentia*. §. 30.

## GENERALIS.

§. I.

*Generalis statim post electionem fit ve-  
rus Societatis Præpositus, cum libera ad-  
ministratiōe, &c.*



Præpositus Generalis, cum  
primùm electus est juxta So-  
cietatis Constitutiones, eo  
ipso fit verus ipse Religio-  
nis Præpositus, cum libera & omnimo-  
da cura, & administratiōe omnium, quæ  
ad felix regimen, & prosperam directio-  
nem

na  
na  
ej  
m  
cu  
pa  
S.  
fe  
co  
m  
of  
tio  
qu  
na  
lar  
int  
Six  
Da  
in  
just  
cip  
in

Po

I  
cun  
tere  
finè  
exp